



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

VI. Graf Heinrich von Dornburg resignirt der Vogtei über die Dörfer Zernitz  
und Badewitz bei Zerst und schenkt solche der St. Nicolai-Kirche in  
Magdeburg, am 30. April 1210.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

VI. Graf Baderich von Dornburg resignirt der Vogtei über die Dörfer Zernitz und Badewitz bei Zerbst und schenkt solche der St. Nicolai-Kirche in Magdeburg, am 30. April 1210.

In nomine Sancte Individue Trinitatis. Albertus, dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus — Dilectam nobis Ecclesiam St. Nicolai Magdeburg. in commodis et honoribus suis tanto attentius ac sollicitius promovere nos decet, quanto ad hoc ipsum persone ipsius Ecclesie tam omnes, quam singule nos devotis suis exhibitionibus astrinxerunt. Qua propter — volumus esse notum, quod cum advocatiam in villis Schernitz et Dadewitz, sitis juxta Scherwitz, ad jam dictam Ecclesiam spectantibus Comes Bedericus de Dorneburch in feudo de manu nostra teneret, dilecti filii Conventus eiusdem Ecclesie datis quinquaginta marcis argenti, advocatiam ipsam ob spem gratie nostre ab ipso Comite redemerunt, quem idem Comes presentibus Venerabili fratre nostro Baldewino, Brandenburgensi Episcopo, et his nostris fidelibus, Johanne, preposito de Hekelinge, Hugone, Decano Caminensi, Baldewino Scholastico St. Sebastiani Magdeburgensis, Frederico de Crozuc, Comite Burchardo de Mansfeld, Henrico, Camerario de Seburch, Henrico de Vulverstede, Ludolfo de Gudenberch et aliis quam pluribus absolute ac libere in nostris manibus resignavit. Nos autem postmodum in Capitulo majoris Ecclesie nostre, fratrum nostrorum accedente consensu, prescriptam advocatiam in honore Dei omnipotentis et St. Petri Apostolorum principis ac St. Nicolai piissimi confessoris Eiusdem Ecclesie patronorum sepe dicto conventui cum omni Jure et integritate contulimus, ita ut nullus princeps in ea, preterquam fratres ipsius conventus disponendi vel tractandi aliquid ullam habeat facultatem. Hanc ergo advocatiam eidem conventui presentis privilegii patrocinio confirmamus, statuentes, ut ob reverentiam Dei omnipotentis et gloriosorum martyrum Thebeorum St. Mauritii et sociorum ejus patronorum Ecclesie nostre majoris Hystoria, quam apportavimus personaliter ab Agauno, ubi martyres iidem mortis supplicium pro nomine Jesu Christi pertulisse noscuntur, in memorato conventu per singulos annos tam in natali martyrum eorundem, quam in festo adventus reliquiarum ipsorum, perpetuis temporibus decantetur et ut nostri memoria ibidem agatur apud Deum. Testes vero hujus donationis nostre sunt isti: Albertus, Decanus, Fridericus de Meyendorp, Wernerus de Schenewalda, Burchardus de Glinde, Henricus de Plawen, canonici Magdeburgenses, Wernerus de Amforde, Comes Burchardus de Mansfeld, Burchardus Burggravius Magdeburgensis, Martinus dapifer, Bertramus Advocatus de Hunoldesborch, Alexander et Olricus, Camerarii dominorum etc. — Datum Magdeburg, Anno ab incarnatione Domini MCC Decimo, pridie Kal. Maji, pontific. nostri anno IV<sup>to</sup>.

Aus der Gumbling'schen Sammlung und Kenjen's Grafensaal S. 190.

VIII. Albertus, dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus — Dilectam nobis Ecclesiam St. Nicolai Magdeburg. in commodis et honoribus suis tanto attentius ac sollicitius promovere nos decet, quanto ad hoc ipsum persone ipsius Ecclesie tam omnes, quam singule nos devotis suis exhibitionibus astrinxerunt. Qua propter — volumus esse notum, quod cum advocatiam in villis Schernitz et Dadewitz, sitis juxta Scherwitz, ad jam dictam Ecclesiam spectantibus Comes Bedericus de Dorneburch in feudo de manu nostra teneret, dilecti filii Conventus eiusdem Ecclesie datis quinquaginta marcis argenti, advocatiam ipsam ob spem gratie nostre ab ipso Comite redemerunt, quem idem Comes presentibus Venerabili fratre nostro Baldewino, Brandenburgensi Episcopo, et his nostris fidelibus, Johanne, preposito de Hekelinge, Hugone, Decano Caminensi, Baldewino Scholastico St. Sebastiani Magdeburgensis, Frederico de Crozuc, Comite Burchardo de Mansfeld, Henrico, Camerario de Seburch, Henrico de Vulverstede, Ludolfo de Gudenberch et aliis quam pluribus absolute ac libere in nostris manibus resignavit. Nos autem postmodum in Capitulo majoris Ecclesie nostre, fratrum nostrorum accedente consensu, prescriptam advocatiam in honore Dei omnipotentis et St. Petri Apostolorum principis ac St. Nicolai piissimi confessoris Eiusdem Ecclesie patronorum sepe dicto conventui cum omni Jure et integritate contulimus, ita ut nullus princeps in ea, preterquam fratres ipsius conventus disponendi vel tractandi aliquid ullam habeat facultatem. Hanc ergo advocatiam eidem conventui presentis privilegii patrocinio confirmamus, statuentes, ut ob reverentiam Dei omnipotentis et gloriosorum martyrum Thebeorum St. Mauritii et sociorum ejus patronorum Ecclesie nostre majoris Hystoria, quam apportavimus personaliter ab Agauno, ubi martyres iidem mortis supplicium pro nomine Jesu Christi pertulisse noscuntur, in memorato conventu per singulos annos tam in natali martyrum eorundem, quam in festo adventus reliquiarum ipsorum, perpetuis temporibus decantetur et ut nostri memoria ibidem agatur apud Deum. Testes vero hujus donationis nostre sunt isti: Albertus, Decanus, Fridericus de Meyendorp, Wernerus de Schenewalda, Burchardus de Glinde, Henricus de Plawen, canonici Magdeburgenses, Wernerus de Amforde, Comes Burchardus de Mansfeld, Burchardus Burggravius Magdeburgensis, Martinus dapifer, Bertramus Advocatus de Hunoldesborch, Alexander et Olricus, Camerarii dominorum etc. — Datum Magdeburg, Anno ab incarnatione Domini MCC Decimo, pridie Kal. Maji, pontific. nostri anno IV<sup>to</sup>.